



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117824**

§. 5. Clodoveus in Alaricum movet.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

Sæculum VI. annos triginta servierat, commendatum  
 A. C. 506. haberent. Post triduum migravit e vita,  
 eumque duo Presbyteri honorifice sepe  
 liebunt. Plurimis Sepulchrum ejus clari-  
 ruit miraculis. Exinde Childebertus Clo-  
 dovei filius ibi fundavit Ecclesiam, cui ho-  
 Mart. Rom. die Canonici Regulares ministrant. S. Se-  
 II. Febr. verini memoria 11. Febr. honoratur.

## §. V.

*Clodoveus in Alaricum movet.*

*Greg. II. hist. c. 97.* Clodoveus sanatus ad suos dixit: *im-*  
*patientissime fero, Galliarum Partem*  
*ab Arianis occupari. Eamus, adjuvante*  
*Deo, vincamus, & Provinciam in Potes-*  
*tem nostram redigamus.* Omnibus con-  
 silium approbantibus, copiæ iter Picta-  
 vium, ubi tunc Alarius morabatur, in-  
 grediuntur. Interea Rex ut in hoc Bello,  
*Hincm. vit.* quod meditabatur, Deum haberet propi-  
*S. Rem.* tium, Parisiis magnam Ecclesiam funda-  
 vit ad honorem SS. Petri, & Pauli supra  
 Sepulchrum S. Genovefæ, quæ paucos  
 ante annos ad cœlos evolaverat. Hujus  
*vit. S. Ge-* Virginis Sanctitatem fama tam late per  
*nov. c. ult.* orbem vulgaverat, ut S. Simeon Stilites  
*ap. Boll. to. I.* ex Mercatoribus a Gallicis littoribus ad-  
*p. 143.* vectis non nunquam quæreret, quid Ge-  
*Ibid. c. 6. n.* novefa ageret, utque valeret. Per Vir-  
*26.* ginis intercessionem plurima Deus patra-  
 vit miracula. Sæpe Parisenses, & maxi-  
*c. 7. n. 40.* me, cum aliquando dira fames premeret,  
 ejus

ejus opem experti sunt. In summo ri- Sæculum VI.  
gore nihilominus ultra annos octoginta A. C. 506.  
vixit, & decessit Parisiis circa annum 500. c. II. n. 52  
tertia Jan. qua die Ecclesia etiamnum ejus Mart. Rom.  
Memoriam colit. Statim post ipsius obi- 3. Jan.

tum supra Sepulchrum oratorium lignum constructum est, at deinde Rex Clodoveus Reginæ Clotildis hortatu magnam cœpit ædificare Ecclesiam, quam ipso defuncto Regina perfecit. In aditu tres Porticus aderant, quæ sine dubio aream clauerint, visabanturque imagines, quæ Patriarchas, Prophetas, Martyres, & Confessores repræsentabant. Innumeris prodigiis hic locus claruit, jamque in eodem Sæculo, sicut hodieque fit, febricitantes S. Genovefæ auxilium in- Greg. Tur.  
vocabant. A S. Virginis nomine semper de Glor.  
exinde dicta est illa Ecclesia, eique pri- Conf. c. 91.  
mo Monachi servierunt.

Clodoveus Rex, antequam Gothorum Epist. Clod.  
terræ invaderet, toti exercitui manda- to. 4. Conc.  
tum pronunciari jussit, ne quis vasa Sa- p. 1402.  
cra Ecclesiarum diriperet, nec Virginibus,  
aut viduis Deo consecratis illuderet, nec Clericis, eorum liberis, Domesticis, aut Ecclesiæ servis noceret. Bello finito Episcopos moneri jussit, hoc a se mandatum fuisse, ut quilibet posset sibi rapta repetrere, & etiam Captivos vindicare. Mandatum istud summo rigore observari Greg. II.  
voluit. Cum præter urbem Turonensem hist. c. 37.

Sæculum VI. Exercitum duceret, promulgari jussit  
 A.C. 506. mandatum, ut milites suo arbitrio nihil  
 nisi herbam, & aquam sibi caperent, id-  
 que statuebat, ut S. Martino honorem ha-  
 beret. Quidam miles in fœnum incidens  
 dixit: *fœnum quoque berba est, & vi ad-*  
*bibita homini pauperi, cuius fœnum hoc*  
*erat, abstulit.* Rex protinus militem im-  
 peravit interfici, dicens: *quis S. Martino*  
*offenso victoriam speret?* tantum severita-  
 tis exemplum coeteros omnes continuit.

**S. Martinus.** Clodoveus ad Ecclesiam S. Martini pur-  
 puratorum aliquos misit, dona ferentes,  
 jussosque, ut a Deo futuræ victoriæ omen  
 exposcerent. Legatis Ecclesiam ingre-  
 dientibus, Primicerius illum Psalmi ver-  
 sum fortuito inchoabat: *Præcinxisti me*

**Psal. 17.40.** *virtute ad bellum, & supplantasti insur-*  
*gentes in me subtus me.* Legati Deo Gra-  
 tias dicentes, & conceptis votis invocan-  
 tes S. Stephanum, gratissimum nuncium  
 ad Regem detulerunt. (\*) Præter Pieta-  
 vium Rex cum Exercitu proficiscens, et  
 iam S. Hilarii fundos summa cura conser-  
 vari præcepit.

Haud procul inde aberat Monasterium

**S. Maxentii, Agathæ nati, & S. Severi** (\*\*)

Disci-

---

(\*) Ista, prout narrantur, Superstitioni pro-  
 xima sunt, sed bona Fides & Principis Neophyti  
 Simplicitas excusant.

(\*\*) S. Severini.

Discipuli. Is cum in Territorium Pieta-Sæculum VI.  
 viense venisset, Agapito Presbytero, & A. C. 507.  
 Abbatii instituendum se tradidit, atque ut <sup>vit. S. Max.</sup>  
 magis lateret, nomen *Ajutor*, quod e fon-<sup>tom. I. Att.</sup>  
 te Baptismi tulerat, dimisit. Clodoveus *Bened.* pag.  
 Rex comperto, quanta essent viri meri- 578.  
 ta, magnos honores exhibuit, fundum,  
 qui *Milon* dicebatur, & multa alia dono  
 dedit. Haud multo post hæc tempore  
 obiit S. Maxentius annum agens sexage- *Mart. Rom.*  
 simum octavum 26. Junii, qua die Eccle- 26. *Jun.*  
 sia ipsius memoriam celebrat. Maxentii  
 Nomen non tantum Monasterio, sed et-  
 iam integræ Civitati adhæsit. Clodo-  
 veus inito prælio Alaricum vicit prope *Greg. II.*  
 Voliacum oppidum in agris Piætaviensi-*hist. c. 37.*  
 bus anno 507. Regni Alarici 23. cuius  
 Filius Amalaricus in Hispaniam fugit, &  
 sequente tempore salutatus est Rex Visi-  
 gothorum, qui maximam illius Regni par-  
 tem tenebant. Interim Clodoveus sub-  
 acta pene tota Aquitania anno posteriore  
 508. Tolosam usque progressus, omnes  
 Alarici Thesauros, quippe ibi Sedem fi-  
 xerat, recepit. Tum Clodoveus In-  
 culismam promovit, indeque Turonem, *Greg. II.*  
*c. 38.*  
 Ecclesiamque, S. Martini maximis donis  
 ornavit. Tandem Parisiis advenit, ibi-  
 que Sedem elegit in illo Palatio, quod  
 Julianus Imperator extra urbem, qua ad  
 Meridiem spectat, extruxerat. Haud *Sup. XIV.*  
 procul ab hac Sede etiam Clodoveo ju- *s. 34.*

O 5 bente

Sæculum VI. bente Ecclesia SS. Apostolorum tunc tem-  
A. C. 507. poris ædificabatur.

## §. VI.

*Calumnia in S. Cæsarium.*

**I**nterea in Gallia Narbonensi Bellum fer-  
vebat. Franci adscitis in armorum So-  
cietatem Burgundionibus illa Galliarum  
parte Gothos depellere nitebantur. His  
*vit. S. Cæf.* auxilia mittebat Theodoricus Rex Italæ,  
*lib. I. c. 15.* qui Amalarici junioris Regis Partibus fa-  
vebat, ipsius ex sorore Nepotis. Fran-  
*vit. S. Cæf.* cis, Burgundionibusque Arelatem ob-  
*lib. I. c. 15.* dentibus, quidam Clericus juvenis S. Cæ-  
sarii propinquus, timens, ne, si urbs ex-  
pugnaretur, duriorem captivitatem &  
ipse subiret, usus noctis Beneficio fune  
per murum delapsus est, & in hostium  
castra transfugit. Quod ubi Gothi in  
Civitate sciverunt, & ipsi, & qui ex po-  
pulo seditionissimi erant, cum Judæis in-  
condite clamantibus in S. Episcopum ir-  
ruunt, insimulant, misisse propinquum  
suum, qui urbem hostibus traderet. Pur-  
gantem se non audiunt, ex ædibus Eccle-  
siasticis raptum, in Palatio arctissime cu-  
stodiunt, noctu S. Episcopum in Rhoda-  
num amnem projecturi, aut inclusuri in  
Arcem Ugernensem, quæ hodie hujus  
nominis Civitas est. At obsidentes cim-  
bam, in quam S. Virum conjecterant, a  
transitu arcebant; itaque Gothi reve-  
etum